

puteum Gudrici¹⁾, et vineas in Barro villa et omnem hereditatem quam²⁾ dedit Saroardus³⁾ pro prebenda filii sui, de rebus quoque ecclesie teloneum mercati ex integro quod erat dominicale, unde procedunt XV libre cum XXX solidis supra nominatis, quos possederant, pro quo dedisti in concambio alodium Hesle in episcopatu Leodicensi et medietatem ecclesie Furentele consecrate per manus domni Leonis noni apostolici⁴⁾, et quartam partem duarum capellarum aput dictam ecclesiam pertinentium, quarum una est sita Hesle in onore S. Andree, altera in Gualtine in onore S. Martini, cum familiis et beneficiis suis et omnem supradictam potestatem, sicut tibi hereditario venit, cum molendinis terris cultis et incultis, parietinis, aquis aquarumque decursibus, silvis, pascuis, mancipiis sexus communis, furnum etiam indominicatum infra urbem, adhuc etiam quicquid ecclesia tua aput Banniolum⁵⁾ possidebat cum ecclesia et banno et omni integritate sua, aput Emerelli⁶⁾ villam VII mansos et dimidium cum ecclesia et omni integritate sua, aput Medianum vicum sessum⁷⁾ unum quem redimisti et alterum sessum⁷⁾ pridem dominicatum cum duabus vineis⁸⁾ et tantum terre indominate que sufficit arationi trium aratorum cum septem quartariis et banno et prato indominicato cum reliquis pratis et aliis appendiciis, aput Menulfi villam V mansos et dimidium, excepta terra indominicata, qui commutati sunt ab abbate S. Salvatoris et dona altarium supra dictarum ecclesiarum, et que adhuc⁹⁾ acquisierint, ut perpetuo teneant secundum morem congregationum eiusdem urbis. Hec omnia iuxta preceptum tuum prenominate ecclesie perpetuo possidenda apostolica auctoritate concedimus. Constituimus etiam ut archidiaconus ipsius civitatis secundum idem tuum decretum ut cardinalem archidiaconatum illius civitatis ad eandem ecclesiam pertineat¹⁰⁾. Quatinus prepositus ipsius loci eum perpetuo in beneficio possideat et omnes supra memoratas res in usus fratrum ibidem deo deservientium relinquat. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et nisi vel ea que ab illo sunt male ablata restituerit, vel digna penitentia illicita deflexerit, a sacratissimo cor-

1) Heinr. IV.: Vidrici.

2) Hs.: quem

3) Heinr. IV.:

Sarnardus. Poppo: Duorardus.

4) Hs.: apostolice.

5) Hs. viel-

leicht Hanniolum. 6) Heinr. IV.: Amerebli. Poppo: Ameralli. 7) Hs.: sextum.

8) Hs.: eneis. Heinr. IV.: ineis.

9) Hs.: aduc.

10) Heinr. IV.: confirmamus etiam cardinalem archidiaconatum eiusdem urbis ad ipsum cenobium pertinere ut praepositus etc. Poppo: ut cardinalem archidiaconatum obtineat.